

ORIGINES
JURIS CIVILIS
ET
DE ROMANO IMPERIO
LIBER SINGULARIS.

JANI VINCENTII GRAVINAE
ORIGINUM
JURIS CIVILIS
LIBRI TRES.

A D *2014 lib.^a et Coll.^{mi} Neapoli*

CLEMENTEM XI
PONT. MAX.

Editio novissima unice emendata, & aucta.

TOMUS PRIMUS.



NEAPOLI. MDCCLXXXII.

Ex Typographia Felicis Mosca.


SUPERIORUM PERMISSU

EXPENSIS STEPHANI ABBATE, ET EJUSDEM FELICIS MOSCA.

BEATISSIME PATER.



UAE tria bona sunt a divina providentia summis principibus ad optimum populorum regimen attributa; quaeque saepe in singulos dispersita quidem adspiciuntur, in eundem vero collata raro memorantur; ea omnia nos in te uno, CLEMENS MAXIME, intuemur; ingentem rerum optime gerendarum potestatem, cognitionem, & voluntatem: quae sicuti dissociatae parum promovent, quia neque potestas absque cognitione invenire, neque cognitio absque voluntate capessere meliora valet; ita conjunctae nunc in SANCTITATE TUA, orbem terrarum universum ad aeternorum operum spem, haud immerito, erexerunt. Vetus enim illa & praeclara de te opinio ex beneficentia & prudentia tua, praeclarisque factis ubique diffusa, jam tanto crevit amplius, quanto mirabilis illa tuorum comitiorum eventus rebus humanis omnibus antecellit. Quo virtutis exemplo, vel ipsis veteribus Ecclesiae saeculis inaudito, cum & praeteritas tuas laudes obrueris, & parvis gloriae spem ceteris mortalibus abstuleris; nostram interea excelsorum actuum cupiditatem adeo dilatasti, ut ei explendae; superatis jam ceteris, tutumet sis in posterum superandus; neque alium praeter te competitorem, atque aemulum laudum tuarum sis habiturus. Mortales enim ita natura comparati sumus, ut cum nobis ipsis facile condonemus; ab aliis tamen semper majora contendamus. Cum igitur tu notas antea, usitataeque virtutes cursu superioris temporis exegeris; & in creatione tua speciem pietatis adhuc gnotam, e coelestibus animi tui penetralibus emiseras; quid mirum, si nova semper & insuetata, tuique propria, in posterum expectemus? Quod vix, ac ne vix quidem affecuturus a quoquam homine confideremus, nisi mirabile facinus ab te profectum, divinam vim actionibus tuis perpetuo excitandis, atque regendis tuo pectore conditam indicaret. Talis enim tua fuit Pontificatus



GRAVISSIMO JCTO

J. VINCENTIO GRAVINAE,

S. P. D.

J. BURCHARDUS MENCKENIUS, J. D. Conf. &
Historiogr. Regius.



*U*T primum limatissimas lucubrations tuas vel levi-
ter inspexi, ita Te amare, virtutesque & doctrinam
tuam suscipere coepi, ut omnino peroptarem, ne aut
Tu, quae consignata haberes alia, Eruditis invideres,
aut Germani nostri, ad quos libri trans Alpes excus-
sarius, & immenso precio perferuntur, voluptate ea,
quae ex scriptis tuis capitur, exciderent & frustra-
rentur. Nam & ex Opusculis tuis, jam tum anno MDCCIV. Romae
editis Te primum, velut ex ungue leonem, cognovi, in quibus quid
ingeniosius Specimine prisca Juris? quid elegantius Dialogo de lingua
Latina? quid reliquis, quae de conversione doctrinarum, de contemptu
item mortis, & de luctu minuendo, ut & pro legibus Arcadum dis-
seruisti, gravius atque copiosius? Nec sine multa animi oblectatione
legi possunt, quae patrio sermone de Fabulis veterum, eodem anno,
commentatus es. Sed te ipsum superasse videbare, Vir consultissime,
cum primum Originum Juris Civilis, quarum spem in Specimine il-
lo feceras, Librum Neapoli quinquennio post in lucem ederes, quem
quanto plausu eruditi exceperint, vel Eruditorum Acta, quae Lipsiae
publicantur, testari abunde possunt. Cumque nonnulli dilectissimo So-
cero meo GLEDITSCHIO persuassissent, ut librum lectu dignissimum,
in gratiam potissimum Germanorum, nostratibus typis recuderet; &
certatim fere Jurisconsulti nostri, avidoque eum exceperunt, exceptum
commendarunt, commendatum privatis, publicisque scho-
is propo-
suerunt, atque explicarunt. Tantum vero abest, ut Tu, quemadmodum
solent fere cives Tui, Germanam editionem nostram nauseaveris, ut
reliquos etiam libros petenti Bibliopolae concedendos utique duxeris,
eosque nitide descriptos ab hinc fere biennio ad nos transmiseris; qui-
bus in rebus conciliandis non ignoras, quantum debeamus Viro Ex-
cellentissimo, HENRICO de HUYSEN, nuper admodum ardua sum-
mi Moscorum Imperantis in Aula Caesarea negocia tractanti, qui &
Te mihi paravit amicum, & scripta tua ad me quam diligentissime
curavit. Memini, quae tum promissa Tibi dedimus; nimirum me
assidue curaturum, ut opus integrum tribus Libris distinctum post
paucos menses typis nostris quam emendatissimo prodiret. Etenim vero
prohibere Sveci, qui optimos multorum conatus, facta in Saxoniam
pau-

J. VINCENTII GRAVINAE
ORIGINUM JURIS
CIVILIS

LIB. III.

QUI EST
DE LEGIBUS

ET
SENATUSCONSULTIS

A D

CLEMENTEM XI.
PONT. MAX,
TOMUS SECUNDUS.



NEAPOLI, Ex Typographia Felicis Mofca M.DCC.XXII,
Superiorum permiffa.

J. VINCENTII GRAVINAE

DE

ROMANO IMPERIO

LIBER SINGULARIS.

AD

S. P. Q. R.